Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars prima - Cod. Aug. perg. 22

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XV

urn:nbn:de:bsz:31-41594

Visual Library

vel iuvantem in necessitatibus. In humilita-
te se compescere exercere cepit, de qua post-
modum preteritis virtutibus gloriando dixit:
Discite a me quia mitis sum et humilis cor-
de. Unde Anselmus: Nichil vesanitatis estimes
tibi accessurum, si eum apud Nazareth pu-
erum omnem processum contempleris, si obsequentem
matri, si operantem nutricio assistentem intu-
earis.

Oratio

Ihesu mitissime, qui de confinio ci-
uitatis in partes Egypti secessisti, et
ab Egypto vocatus in terram Israel
redisti, reuoca domine me seruum tuum
a vultu oculorum tuorum in Egypto huius
orbis proiectum, in huius peregrinacionis te-
nebris exulatum; ab Egypti partibus a
mundane conuersacionis tenebris reducito
corpore reducito mente et voluntate; fac
me vicia deserere et ad virtutes transire,
et in terram promissionis me digneris
introducere, modo fide, spe et caritate, in
futuro vero re, spe, glorificacione et veri-
tate. Amen.

De eo quod puer Ihesus remansit in Iherusalem et inuentus est in templo. Capitulum xvi.

Puer autem Ihesus cresce-
bat in augmento et confor-
tabatur in virtute, scilicet quantum
ad corpus, et neque quantum ad animam,
sed ita eum creuisse dicimus sicut creuit secundum
et gracia dei erat in illo, scilicet quantum
ad utrumque. Unde secundum Bedam: quia
in ipso habitat omnis plenitudo diuinita-
tis corporaliter, ideo puer iste erat plenus
sapiencia, nec secundum hoc indiguit augeri
vel confortari, utpote verbum dei et deus,
sed inquantum fuit homo, erat in eo gratia.
Magna enim gracia illi homini Christo donatum est
ut ex quo homo fieri cepisset, perfectus esset
et deus. Et secundum eundem Bedam
huic simile est quod Iohannes scribit eum
plenum gracia et veritate, eandem ipse
diuinitatis excellenciam, nomine virtutis
corporis vero subdit quod erit plenus sapiencia, scilicet quantum ad animam,
et gracia dei etc.

quam Lucas sapiencie nomine commendans.
Habuit Christus quippe plenitudinem omnium
virtutum, et donorum spiritus sancti,
exceptis fide et spe, pro quibus habuit
certam scienciam et firmam possessionem,
quia ab instanti sue concepcionis beatus
fuit. Crescens ergo Christus crescere et con-
fortari, vel tale aliquid agere dicitur, omnia ad
corpus referuntur. Nam secundum animam
ab instanti concepcionis totaliter perfectus
fuit. Unde Bernardus: Non erat Ihesus nondum
natus sed sapiencia, non etate, animi vigore,
non corporis maturitate, sensuum integritate, non
corpulencia membrorum. Non enim mi-
nus habuit sapiencie Ihesus conceptus quam
natus, paruus quam magnus. Siue ergo
latens in utero, siue vagiens in presepio,
siue iam grandiusculus interrogans legis doc-
tores in templo, siue iam perfecte etatis
docens in populo, eque perfectus fuit, plenus
spiritu sancto. De hiis et huiusmodi ha-
bes et infra in fine huius capituli. Et ibant
parentes eius, tamquam deuoti et religi-
osi legis obseruatores, per omnes annos, vt
erant in Iherusalem in die solempni pasche, scilicet
parasceue, ut legem audirent, sacrificiis par-
ticiparent, solempnitati interessent, et eius
adhuc umbre seruiebant, cuius iam verita-
tem tenebant. Ubi nota quod legales festiui-
tates iudeorum quedam erant cotidiane et
continue, quedam anniuersarie. Cotidiane et continue
erat dies scilicet sabbati, quo vacabant ab
omni opere, eo quod illo die deus requieuit
ab omni ~~opere~~ opere creacionis. Alia est neomenia
in principio scilicet noue lune, ad laudem
creatoris, qui creauit omnia tempora. Anni-
uersarie vero festiuitates erant quinque, scilicet
festum pasche, quod celebrabatur xiiij. lu-
na mensis primi; erat hec festiuitas in
memoriam liberacionis de Egypto. Secun-
da erat festiuitas pentecostes, que cele-
brabatur quinquagesimo die a pascha.

Anno nativitatis d[omi]ni octavo — Pars p[rim]a — Capitulum xvi

Tercia festivitas erat tubar[um] et clangoris que erat p[ri]ma die mens[is] s[eptembris]

eo q[uod] tunc d[ic]ta fuit lex iudeis in monte Synai
a deo. Die mensis septembris tunc enim bu[c]
cinabat cornibus arietum. in memoriam
q[uod] eadem die fuit ysaac liberatus ab ymmo
lacione p[atri]s. ariete substituto pro eo. Quar
ta festivitas erat propiciacionis et celebrabat[ur]
decima die mensis septembris. q[uia] eadem
die venit ad eos moyses referens dei ira[m]
placatam de offensa conflacionis vituli que[m]
adorabant. Quinta erat scenophegia scilicet
festum tabernaculorum. quod erat xv. die
mensis septembris. et tunc illis diebus
habitabant in tabernaculis in memoria[m]
q[uod] patres eorum. xl. annis in deserto fue
runt sub umbraculis habitantes. Inter
has quinque festivitates, sole tres s[cilicet] pasche
penthecostes et scenophegie erant solempniores
et protendebant[ur] septem diebus. In hiis
tribus omne masculinum secundum pre
ceptum legis ascendebat in Ierusalem. ut ap
pareret coram domino. Q[ui] t[ame]n erant remoti
ex racionabili causa de penthecoste et sce
nophegia se poterat excusare. s[ed] de pascha
non nisi infirmitate cogente. Ad istam
autem legem mulieres non erant astricte
sed tamen plures veniebant ex devocione.
Unde et beata virgo ascendebat singulis
annis. nolens puerum dimittere, sine cu
ra. marie qua diu regnavit archelaus.
Et quamvis ergo parentes timerent archelau[m]
ibat t[ame]n in Ierusalem ad diem festum. quia po
terat fieri. ut tunc inter tam ingentem
turbam latenter ascenderent. mox rever
suri. ut in eo solempnitate p[er]missa esset
archelaus. nec longa mansione conspicui.
Et cum factus esset ihesus annorum xii.
ascendit cum parentibus suis secundum
legis consuetudinem ad diem festum in
Ierusalem. Per hoc ostendit. q[uod] a puericia debe[n]t
homines assuescere ad divina. et ad idem
facit q[uod] aliis recedentibus in loco divini

cultus remansit. Laborat ergo etiam. nunc
puer ihesus itineribus longis. et vadit ut
honoret patrem suum celestem in festis suis.
observans humiliter legem domini legis. Licet
enim dominus venit ut daret omnis perfectionis
et humilitatis exemplum voluit legem q[uam]
diu statim habuit consummare. Ubi Beda.
Servavit ipse legem quam dedit. ut nobis
qui puri homines sumus. ostenderet remedium
per omnia quidquid deus iubet. Sequamur ergo
iter humane conversacionis eius. si divinita
tis gloria delectamur intueri. hec Beda.
Nos itaque pueri ad exemplum domini debe
mus magno studio bonorum operum. et
prevenire solempnitates. et celebrare at
que servare divina precepta observare. Unde
quidam frater tam magne devocionis ad

T[ext]us no[ta]

festa christi. et beate virginis. et ad festum
omnium sanctorum erat. q[uod] ante quodlibet fes
tum. ieiuniis. ac oracionibus. et castigacionibus
ad suscipiendum ipsum festum. se preparabat.
et quam diu aliquod festum durabat. tam diu
circa illud. meditacionibus. et oracionibus oc
cupabatur. Moraliter hic instruimur. q[uod] specialiter
in diebus festivis. quilibet christianus de
bet ad locum quem elegit dominus. id est ad
ecclesiam. non ad theatrum vel tabernam. debet
vacare divinis laudibus, non choreis et
vanitatibus. debet insistere elemosinis non
usuris vel spoliis. debet intendere bonis o
peribus. non comessacionibus. et ebrieta
tibus. Nam de hiis qui secus faciunt dicit
dominus in ysaia. Solempnitates vestras
et neomenias vestras odivit anima mea.
Postquam ergo ihesus ad etatem duodene
venit suam sapienciam manifestare cepit
et aperire. quod puer celesti. quod terrene imitari
debet. Etas enim duodenis typus erat
xii apostolorum. per quos divinitas et hu
manitas eius erat per orbem innotescenda
universum. Recte ergo in duodenario

numero iubar perfectionis eius declarari incipit, per quem quasi per xii horas et per xii apostolos universitas salvandorum significatur. Consummatis autem diebus festis et completa solempnitate que per dies octo durabat, recedentibus parentibus remansit in Jerusalem, non casu seu parentum negligencia vel oblivione, sed sua voluntate et ordinacione, ut a pueritia zelum suum ostenderet circa spiritualia; et sicut parentibus quod debebat exhibuerat, ascendens cum eis tamquam homo cum hominibus ad offerenda deo sacrificia, sic et patri spirituali debitum doctrine vacando exhiberet. Et non cognoverunt parentes eius, id est non adverterunt, quod in Jerusalem remaneret, existimantes illum esse in comitatu, id est inter eos qui simul fuerant comitati. De facto autem et eis ignorantibus remanere voluit, ne aut eis obediendo a doctoribus retraheretur a disputatione, aut non obediendo remanens videretur eos contempnere. Hinc habetur argumentum quod filius absque conscientia pater et mater, vitato contemptu, ipsis etiam nescientibus aut nolentibus, potest ad religionem et ad statum perfectionis evolare, precipue divino cultui mancipare, discrecionis iudicio comite. Et omnibus predictoribus ait dominus: Sinite parvulos venire ad me; talium enim est regnum celorum. Sed queritur hic quomodo parentes eius obliviscendo eum reliquerunt, qui tanta cura eum nutrierunt. Ad hoc dicendum quod mos erat filiis Israel ad festa confluentibus vel ad propria redeuntibus, ut seorsum viri et seorsum mulieres propter munditiam castitatis incederent, ut ab invicem continentes magis religiose secundum legis dationem festa celebrarent, et ne eorum mixta societate aliquid inhonesti contingeret. Pueri autem cum quolibet parente indifferenter ire poterant. Unde Joseph videns puerum Jhesum non esse secum, putabat eum esse cum Maria in comitatu mulierum, et e converso Maria putabat eum esse cum Joseph in comitatu virorum. [Sic quod venerunt iter unius diei a Jerusalem sine puero, cum hac existimacione quod esset in comitatu virorum vel mulierum. Et cum in sero etc.] Cum in sero convenissent ad locum ubi hospitari debebant, videns domina ipsum ~~Jhesum~~ Joseph sine puero, quem cum eo redisse credebat, dolore vehementi concussa cum lacrimis per domos quas deinceps poterat sero currebat et de ipso puero querebat. Joseph vero senex cum fletu eam sequebatur et associabat. Vade et tu semper cum eis et quere puerum Jhesum donec invenias. Puero autem a parentibus tunc non invento, qualem questum habere poterant tu ipse cogita, et maxime mater, que ipsum ardencius diligebat. Et licet a notis confortaretur, tamen consolari non poterat. Quid enim erat perdere Jhesum? Conspice bene ipsam et vehementer ei compatere, quia in magna angustia est omnis anima sua. Numquam ex quo nata est tantum fuit in tanta conturbacione. Non ergo turbemur quando tribulaciones habemus, cum et matri sue non pepercit dominus. Ad suos enim eas venire permittit, et per ipsas signum sue dileccionis suis ostendit. no
Tandem domina in cameram se reducens et ad vocem et planctum se convertens, per totam noctem illam angustiabatur super dilecto filio suo. Mane vero sequenti tempestive domum exeuntes, cum etiam per circumstancia loca querebat, iam redictus per plures vias querebat. Circueundo igitur cum in utroque comitiva requirebat a retro et iterum querebat, maxime inter cognatos et notos amicos qui in utroque comitatu erant. Et etiam tunc non invento, mater sine spe anxiebatur et consolari non poterat. Hic diligenter recogita quantis vulneribus et anxietatibus cor beate virginis tunc sauciatum fuerit, que suspiria, que lamenta, quas anxietates pertulerit, cum quesitum no

filium non invenit. Jam experiri cepit qualis
esset futurus dolor eius de quo predixerat
ei Symeon dicens tuam animam ipsius per-
transibit gladius. Mestebat virgo quid ageret.
quia thesaurum sibi pie a deo commissum
perdiderat. Unde lamentabiliter potuit dicere
illud Genesis. Puer non comparet et ego
quo ibo. Considera hic quod beata virgo
de terra sua expulsa et in Egyptum fugata
in tanta tribulacione posita filium non
perdidit. sed postquam ad festivitates ivit
ipsum perdidit. per quod datur intelligi
quod Jhesus sepe in adversitate custoditur
et in prosperitate perditur. Tercia vero
die regressi sunt in Jherusalem in qua per
unam dietam recesserant. et eum ibidem
requirebant. Puto quod cum labore mul-
to itineris et lacrimis plurimis. virgo
iterato redit Jherusalem et cum parte dicere po-
tuit illud Cantici. Quesivi quem diligit
anima mea. quesivi illum et non inveni
scilicet inter cognatos et notos. Surgam
ergo eundo de loco ad locum. et circuibo
civitatem per vicos et plateas. et que-
ram quem diligit anima mea. Et post
triduum amissionis eius in quo prefigu-
ratum est triduum mortis eius in quo
ardebat amissus in quarta die mane in-
venerunt eum in templo ut secundum Ambrosium
daret inditium. quia post triduum trium-
phalis passionis resurgeret qui credebatur
mortuus. et tunc in gloria immortalitatis
est inventus. Invenerunt ergo eum in tem-
plo. in loco scilicet devoto. in loco dei sancto.
Non invenerunt eum in theatro. aut foro
vel ludo sicut solent pueri inveniri. sed
in loco deputato doctrine stare et orationi +
non huc atque illuc levitate prout mos est
cum pueris discurrentem. sed tamquam sapie-
entem in medio doctorum ut melius
omnes audire et cum eis conferre posset
composite sedentem. et tamquam exemplar

humilitatis prius audientem illos. et in-
terrogantem quam docentem. Ille doctores in-
terrogat in templo. qui angelos docet in celo
Ille docere interrogando voluit. qui verbi
sermone ipsis suis doctoribus ministravit
Interrogabat non quia indigeret ut doct[ior]
addisceret. sed ut nobis addiscendi et re[ve-]
landi scripturas sacras formam daret. et
ut ea que non intelligimus interrogare
non erubescamus. de quo tamen [illegible] eru-
bescunt multi superbi. eligentes pocius in
errore permanere quam instrui. Sed etiam
quoque humilitatis prius audire quam instru-
ere volebat. docens quod eciam homines doc-
ti prompciores debent esse ad audiendum
quam ad docendum. quia qui prius vult docere
quam audiat. stultum se esse demonstrat
Ad probandum etiam quod deus esset. eosdem
loquentes subtiliter interrogat. et sapienter
respondet. ita ut audientes instupescerent. Unde
dicitur stupebant autem idest valde admira-
bantur omnes qui eum audiebant. super
eius prudencia in interrogando et opponendo
et responsis in solvendo. quia alias inau-
ditum fuerat. quod puer talis etatis tam sa-
pienter locutus esset. Stupor quippe est
vehemens admiracio vel rei omnis inconsuete et
sic fuit hic. Audivit enim humiliter. que-
sivit prudenter. et respondit sapienter
cum tamen esset puer. Ipse enim interro-
gabat. ipse respondebat. ipse suas et illorum
questiones solvebat. morem agens peri-
tissimi magistri qui nunc interrogando
nunc respondendo discipulos instruit.
Unde secundum Bedam ad ostendendum quod
homo erat homines magistros humiliter
audiebat. et ad probandum quia deus
erat. eisdem loquentibus sublimiter re-
spondebat. Stupebant ergo videntes eius
infirmitatem. et tamen sic sublimia loquentem
videntes eum corpore et etate parvum
sed interrogacionibus et responsis magnum

+ Filius liber in domo patris
sui manet. Ille igitur qui liber
stat. et ecclesia signum est quod sit filius
dei quia stat in domo patris sui.
Ille vero qui liber stat in taberna
signum est quod filius diaboli qui
moratur in domo patris sui.
Invenerunt eum in templo
non huc atque illuc levitate +.

hominem et non deum considerantes et
mira alta que audiunt et infirma videt
dubia admiratione turbantur. Nos autem no
cum senioribus iudeorum super quo
dentia et responsis eius stupeamus neque
mirentur sed ipsum verum deum verumque homi
nem esse credamus a quo est omnis sapientia
et cum quo fuit semper et ante euum. Sacer
tes scandunt yerhotam; et sic parvulus natus
est nobis. Videntes eum in templo in medio
doctorum sedentem ammirati sunt valde propter
rei experientiam quia numquam fecerat
rem talem vel similem. Mater autem eius
quasi reviviscens ex hylaritate deo gratias
agit immensas. At puer ihesus videns
matrem venit ad eam quem ipsa susci
piens et dulciter osculans ac dominice respi
ciens in faciem eius decoram dixit ad illum:
Fili quid fecisti nobis sic. Quasi dicat desi
derantissime fili quare hoc fecisti ut no
bis ignorantibus et nescientibus remaneres.
Quid tam dulci et tam diligenti matri tan
tam materiam doloris inferre potuisti. Certe
fili hoc michi indicari vix dolor meus
ex hac re conceptus valeat mitigari. Ecce
virgo mater per triduum anxio cum dolore
quesierat ~~mitigari~~ post inventionem
in merorem et gaudium posita pia cor
rectione increpavit. Joseph autem licet
pater eius diceretur non fuit ausus illum
arguere cum firmiter crederet ipsum dei fili
um esse; sed mater ex maxima dilectione quam
habebat ad filium sic arguebat illum quia
amor excellens nescit dominum. Loquitur ergo ipsa
et non joseph quia in ea fuit maior do
loris affectus. Unde gregorius: Maria maternis
affecta visceribus quasi cum lamentis
inquisitionem dolorosam ostendit et vera
sicut mater fiducialiter et humiliter et af
fectuose exprimit dicens: Fili quid fecisti
nobis sic; unde et subditur: Ecce quod si duodenis
per triduum cum matre quesieris. Et ut

ta copia fluent lacrime cum audieris matrem
dulciter quadam increpatione filium verberantem
et dicentem: Fili quid fecisti nobis sic. Vel
posset dici quod non fuit increpatio sed pia de
eius absentia conquestio. Ecce pater tuus scilicet
nutricius et ego dolentes scilicet de amissio
ne tua et absentia querebamus te cuius
presentia est nobis dulcissima. In quo moraliter
instruimur quod dolere debemus cum ihesum id est
salutem etiam amittimus quod per peccatum
fit cum peccamus. Et tunc eum quaeramus
per triduum primo per contritionem cum
dolore per confessionem cum pudore per
satisfactionem cum labore et reinveniemus
eum. Sed heu multi plus dolent de amissio
ne rerum transitoriarum quam de amissione
eterne salutis sue vel aliorum. Unde bernardus:
Cadit asina et est qui sublevet; perit anima
et non est qui succurrat. Beata virgo
patrem eius appellat joseph tum propter iude
orum suspicionem tum propter eius educationem
tum propter genealogie explicationem. Et notandum
quod numquam legimus joseph domino fuisse lo
cutum; sed hoc virginem dimittebat; quia
ad ipsam sicut ad veram matrem magis
pertinebat. Et ait ad illos non matrem
exasperando vel increpando, sed potius in
struendo dicens: Quid est quod me querebatis
scilicet inter cognatos et consanguineos meos cum po
tius deberetis me querere in templo, quod est
domus patris mei et in occupatione circa spi
ritualia. Non est vox indignantis sed hu
militer se excusantis et iniuriam detegentis.
Non enim increpat et vituperat quod eum
quasi filium querit sed quasi corrigendo ver
bum matris, quis sibi verius pater sit
et quod potius eterno patri debeat, illis et
nobis insinuat subdens: Nesciebatis quia
in hiis que patris mei sunt, dei scilicet, oportet me
esse scilicet in templo in doctrina, et in
operibus quibus manifestatur quis ad me;
quasi dicat: Potius debeo respicere eum

Querendus est hic specialiter cum maria et ioseph quod notatur cum dicitur pater tuus et ego. Joseph enim interpretatur augmentum et significat opera bona que
sunt debent augeri. Maria interpretatur illuminata et significat fidem que est illuminatio mentis. Interpretatur et stella maris et significat caritatem que sicut
ceteris stellis occidentibus illa non occidit sic ceteris virtutibus deficientibus illa non deficit. Cum tali igitur societate christus est querendus scilicet cum fide et
bonis operibus sollicita et caritate succensa et tunc invenietur. Si enim alterum istorum defuerit, inveniri non poterit. Debemus autem querere lamentabiliter quod notatur
ex eo quod virgo dixit: dolentes querebamus te. Et ait ad illos

cuius sum eternus filius secundum naturam
humanam. et Joseph cuius tantum sum filius
nutritius. unde non debetis mirari si vos
dimisi propter patrem eternum, cui plus teneor
magis afficiebar. hic ad patrem maternalem et eternum quod ad
matrem maternalem et patrem putativum. Quamvis
enim parentes diligeret. et eis obediens fuerit
tamen principalius deum honorare voluit. In
quo datur doctrina quod pietas ad deum pieta
ti respectu parentum est preferenda. Diligas
igitur et tu deum et parentes diligere
et honorare et eis obedire. sed in omnibus deum
preferre. Nota etiam moraliter quod per hoc
quod cristus interrogative respondit. quasi
corrigendo verbum matris. que ipsum cum
dolore inter cognatos et notos quesierat. ob
missionem vinculorum sanguinis aperte
suggerit. ostendens quod non contingit metu
perfectionis attingere eum qui adhuc vagatur
in his que corpori conferunt. ~~et quod homo desi~~
~~cit~~. et quod homo deficiat a perfectione propter affectum cog
natorum. Et hoc innuit per primam
clausulam cum ait quid est quod me quere[ba]tis
scilicet inter cognatos et carnaliter germanos
per hoc vero quod addit nesciebatis etc. docet
nos non per infima girari. sed ad superio
ra debere mentis oculos attollere. Mora
liter per hoc quod cristus cum correptus est
hic a matre se dulciter et humiliter excusa
vit. alibi autem scilicet in nuptiis cu[m]
innuitus est ad miraculum dure arguit
dedit nobis exemplum et formam hu
militatis. ut malimus corripi quam laudari
Et nota quod istud fuit primum verbum
quod ab ore salvatoris prolatum est evidenter
in quo suam divinitatem expressit. Et
ipsum verbum tante fuit altitudinis
quod maria et Joseph ipsum non intellexerunt
Et est hoc quod subditur. Et ipsi non intellex
erunt verbum. quod locutus est ad illos
scilicet quod de patre dixerat. et quod per hoc
verbum innuere vellet. Volebat enim

eis innuere quod sicut ad patrem. ita ad ipsum p[er]
tineret cura templi et spiritualium. et
omnium que patris sunt gubernacio quia amborum
est una maiestas ac gloria et operacio ac u
na sedes. et domus non solum materialis sed et
spiritualis. Cum maria et Joseph ihesum dei
filium crederent non tamen animadverterunt
quod diceret. nec divine nature archanum intel
ligunt. quia talia audire ab eo adhuc assueti
non erant. et de divinitate sua nondum
ad eos loquentem audierant. vel intellex
erunt quod dixit. sed non ita plene ut postea.
modicum Ipse vero ad matris requisitionem
et voluntatem. rediit cum illis Nazareth
ad eorum consolacionem. ubi erat conceptus
et educatus. unde et Nazarenus est vocatus
Nam quia deus et homo est. utramque suam
naturam nobis hic commendat. et nunc
excelsa deitatis nunc infima humane
fragilitatis prefert. Itaque quasi homo cum
parentibus ierusalem ascendit. sed quasi illis
deus nescientibus in templo remansit
Quasi homo seniores interrogabat. sed quasi
deus ea que seniores mirarentur responde
bat. et quasi dei filius in templo patris et
suo moratur. quasi filius hominis cum pare[n]
tibus quo[d] et superbie nostre confusionem. Ubi vero
qui frequenter dominus subici superioribus
nostris Erat quippe subditus illis scilicet
in ea natura qua patre minor est. quia
ut dicit augustinus. secundum formam
servi puer cristus minor erat etiam pa[ren]
tibus suis. Et tu ergo subditus esto propter
illum. ut ad eum per obedientie laborem re
deas. a quo per inobedientie desidiam re
cesseras. hic enim exemplum et forma
obedientie et humilitatis cristus nobis prebuit
et ostendit. dum ipse imperator omnium
et cui mundus subiectus est parentibus
suis et eorum imperio humiliter subdi
voluit. Audiant ergo et subditi. et sub
diti esse non dedignentur. siquidem o[mn]is

[Margin notes: "divina quod etiam cuius filius secundum naturam humanam et Josephi etc." beside the first line of the left column; "Ubi vero erat et erat subditus illis etc." beside the right column; "Et nota" beside the left column.]

prelatus subditus fieri non est dedignatus
Prelati quoque non superbiant et in Joseph
joseph prelato et in cristo subdito intelligat
quia sepe fit ut maioris meriti sint sub
diti quam prelati. Quod si intellexerint non
elevabitur superbia quasi est sublimior digni
tate sciens meliorem sibi subiectum esse.
Et adverte quanta fuit dignitas virginis
quia ille ei subiectus est cui omnis creatura
subicitur. Unde augustinus. Hoc singulare
privilegium virgo habuit ut haberet
sibi subiectum quem non solum humana
natura verum et angelica reveretur et ado
rat multitudo. Unde bernardus pertractans hoc
idem verbum: Et erat subditus illis. In
quit inquit utrumque et elige quod amplius
sit filii benignissimam dignationem sive omnis
excellentissimam dignitatem. Utrumque
stupor utrumque miraculum. Quod femine
deus obtemperet humilitas absque exemplo
quod femina deo principetur sublimitas sine socio.
Et subdit. Disce ergo homo obedire. Disce terra
subdi. Disce pulvis obtemperare. Erubesce
superbe cinis. Deus se humiliat et tu te
exaltas. Deus se hominibus subdit et tu
dominari gestiens hominibus tuo te prepo
nis auctori. Quotiens enim hominibus
preesse desidero totiens deum meum pre
ire contendo et tunc vere non sapio ea que
dei sunt. Hec bernardus. Et nota quod filius multa
debet parentibus: primo amorem cordis, secundo
honorem operis, tercio in necessariis vite
sustentationem, quarto in obsequiis sti
mulationem, quinto reverentiam in verbis,
sexto obedientiam in honestis, septimo veni
am in offensis, octavo tolerantiam in ad
versis. Sed quid facit puer ihesus in illo tri
duo. Conspice eum attente quomodo se
ad aliquod hospitale pauperum reducat
et cum verecundia se ibi hospitari petit
et ibi cum pauperibus ihesus pauper hos
pitatur et comedit. Mendicat etiam hospitium

nota hic

cum pauperibus. Quod et alias quandoque fe
cisse creditur. Unde bernardus. De hoc querens
a domino eum alloquitur. Domine inquit
quis te in triduo sustentavit? Et respon
det sibimet sic dicens. Ut te domine ihesu xpe
nostre paupertati per omnia conformes, si
cut unus in turba pauperum stipendia per
ostia mendicans quesisti. Cuius dabit mihi
buccellarum illarum mendicatarum parti
cipem fieri et illius sacri edulii reliquiis sa
giari. Hec bernardus. Conspice etiam eum inter
doctores vultu placido sapienti et reverenti
et quomodo eos quasi ignorans interrogat
et audit. Quod ex humilitate facit et etiam
ne illi super mirabilibus responsis eius ve
recundentur. Considerare autem potes mora
liter in predictis tria valde notabilia. Primum
quod qui vult deo adherere non debet inter consan
guineos conversari sed potius ab eis dis
cedere. Nam et puer ihesus dimisit a se di
lectissimam matrem cum parentibus quos
intendere voluit. Ac etiam postea inter cogna
tos et notos quesitus inventus non fuit
quia caro et sanguis eum non revelat
nec invenit in carnali societate. Unde
bernardus. Puer ihesus inter cognatos et notos
queritur nec invenitur. Fuge fratres tuos
et tu si tuam vis invenire salutem et ob
liviscere populum tuum et domum patris
tui ut concupiscat rex decorem tuum. Et
iterum. O bone ihesu si non inventus es
inter cognatos tuos quomodo te inveniam
inter meos? Qualiter te inveniam in gau
dio quem vix mater tua dolens invenit.
Hec bernardus. Nec inveniri potest in commotionibus
rerum quia non invenitur in multipli
citate mundanorum, in intimo mentis
ubi dei est templum. Secundum quod quis spiritualiter
vivit non miretur si aliquando mente a
rida remaneat, credat sibi quod a deo delictus(?)
sit, cum etiam hoc matri dei contingat.
Non ergo mente tabescat sed per continuum

nota hic

exercicium in sacris meditacionibus et ora
cionibus ac bonis operibus persistendo. diligenter
eum querat et eum si spoliatus fuerit inve
niet. Nam secundum origenem. oportet eum
qui querit ihesum non negligenter et dissolute
querere. sicut multi querunt et non inveniunt
sed cum labore et dolore unde et ver. Sic nos
lumine fugata querere. queramus ut eciam ut nos
pro illo aliud sequentes ut non cum illo aliud
perquerant. ut non ab illo aliud conutam
Qualius enim celum et terra transire potest
quam ut sic querens non inveniat. sic pe
tens non accipit. sic pulsanti non aperiatur
Terciam quod non debet quis esse proprii sensus
vel proprie voluntatis. Nam cum dominus ihesus dix
isset oportere eum operibus patris intendere
mutavit consilium et matris voluntati
secutus recessit cum ea et minus subditus erat
eciam perpende quantum debes homines
obedire deo. quando quidem ipse deus obedit
hominibus. Si enim exemplo domini obe
diendum est hominibus. multo magis oportet
obedire deo. Obediamus igitur non solum deo
sed et hominibus. quia filius dei obedivit non
solum deo patri celesti. sed et parentibus.
Et mater eius conservabat omnia. magna omnia
verba hec. que mira et alias audierat ab
illo et hec in corde suo quasi sub sigillo se
condens et signaculo. nisi enim ipsa con
servasset nos ea non habemus de eius magis
thesauris nos ista suscepimus. Omnia quippe
que de domino vel a domino dicta vel facta
cognovit. sive intellecta. sive nondum in
tellecta. in corde et memoria quasi rumi
nanda et diligencius scrutanda recondere
bat. ut tempore suo universa prout gesta
erant intelligeret. ac evangelistis et quibusdam
bus sufficienter explicaret. et hiis tamquam
regula et lege per totam vitam utebatur.
docens ut nos crebra factorum et dictorum
domini meditacione importunas cogita
ciones repellamus. et alios instruere labore

Et ideo si quis magis bonis sermonibus
ad eam recurrat. quia facta et verba christi
in custodia conservat. Moraliter ex isto habes
exemplum. qualiter audiri debeant verba di
vina. scilicet ut in corde conserventur. et ibidem
ruminentur. non ut intrant per aurem
unam et exeant per aliam. Et ihesus profi
ciebat etate. et sapiencia et gracia apud de
um et homines. Etas pertinet ad corpus
sapiencia ad animam. gracia ad utrumque
salutem. Proficiebat utique etate. sicut
ceteris est etatis incrementa suscepit. quia
de infancia ad pueriiciam. de puericia ad
iuventutem consueto hominibus ascen
di ordine pervenit. Porro in sapiencia
et gracia potest aliquis proficere dupliciter
Uno modo secundum ipsos habitus sapie
et gracie augmentatos. et sic cristus non
est nata proficiebat. quia ab instanti con
cepcionis. sapiencia et gracia plenus fuit
Alio modo secundum effectum in quantum
scilicet aliquos sapienciora et virtuosi
ora opera facit. et sic cristus proficiebat
sapiencia et gracia. sicut et etate. per hoc quod
per processum etatis perfectiora opera facie
bat et in hiis que sunt ad deum et ad ho
mines. et hoc est quod additur apud deum
et homines. Vel aliter secundum Ambro.
Proficiebat sapiencia quo ad manifestacionem
et opinionem eius. quia suam sapienciam et graciam
paulatim magis et magis patefaciebat.
Vel secundum Virgilium. proficiebat in aliis qui
doctrina et exemplo eius proficiebant
sicut magister in scolaribus dicitur proficere
quia scolares sub eo proficiunt. Et hoc apud
deum idest ad laudem dei. et apud homines
id est ad utilitatem hominum. Vel secundum
theophilum apud deum et homines. quia
prius debet placere deo et postea hominibus
Et licet ihesus in sermone proficiebat sapien
et cognicione habituali. quia hec mea
augmentata non fuit ab instanti con

i. et erat subditus illis Luce 2 etc.

contemplacionis plenitudinem huius habuit, proficiebat tamen et in se cognicione sensuali et experimentali, quia sensus eius convertebantur de novo ad aliquid ad quod antea non convertebantur. Unde secundum apostolum didicit ex hiis que passus est obedienciam. Non tamen de novo aliquid didicit quod scire potuerit, quod didicit prius noverat sciencia divina et inspirata. Unde Beda: Ut ob alienam miseriam cor miserum habeas, oportuit ut eam prius agnoscas, et proximi mentem in tua invenias, et ex te noveris qualiter illi subvenias. Creatus quippe dei filius, priusquam se exinanisset formam servi accipiens, sicut miseriam vel subiectionem expertus non erat, sic misericordiam vel obedienciam experimento non noverat. Sciebat quidem per naturam, non autem sciebat per experienciam. Ut tibi minoratus est usque ad illam formam in qua et pati et subici posset, et in passione expertus est miseriam et in subiectione obedienciam. Per quam tamen experienciam non illi sciencia, sed nobis fiducia crevit, dum in hoc misero genere cognacionis a quo longe erravimus factus est compassor nobis. Quando enim illi approxim[are] quem auderemus in sua impassibilitate manenti? Nunc autem monemur cum fiducia adire ad thronum gratie ipsius, quem omnium languores nostros tulisse et dolores portasse cognoscimus, et in eo in quo passus est ipse nobis compati non dubitamus. Hec Beda. Moraliter sicut ipse proficiebat sapiencia, etate et gracia apud deum et homines, et passus est et resurrexit et ita intravit in gloriam suam, sic eciam suos sequentes oportet proficere virtutibus et per passiones ad gaudia transmigrare debere. Hec autem sancta et deo amabilis civitas Nazareth, in qua verbum caro factum est, et flos omnia

romatis aromata in utero virginis germinavit. Unde et merito flos interpretatur, et hoc super omnes alias speciali gaudet privilegio, quod salutis nostre dominus in ea principium procuravit, et in ipsa preterea nutritus et parentibus subici dignatus est, cui patri omnia que sunt in celo et in terra subiciunt. Oracio.

Domine Ihesu Christe, fili dei vivi, qui per triduum a parentibus tuis dolentibus quesitus tandem in templo es inventus, da michi misero te desiderare, desiderando querere, querendo invenire, inveniendo amare, amando mala mea redimere, redempta non iterare; et quod petenti largiris, querenti inveniris, pulsanti aperis, non deneges michi minimo quod celi promittis. Tuque ad voluntatem parentum Nazareth rediens et subditus eis existens formam ostendisti obediencie, da michi divino voluntatem suam stringe ut subiectus sim tibi et propter te omni humane creature. Amen.

Quid fecit dominus Ihesus ab anno xii usque ad principium anni xxx. capitulum xvii

Reversus ergo dominus Ihesus a templo et Ierusalem cum parentibus suis in Nazareth erat, ut dictum est, subditus illis. Et ibidem cum eis abinde usque ad principium anni tricesimi habitavit. Nec in scripturis invenitur quid in toto tempore isto ad fecerit, quod valde videtur mirabile. Quid igitur meditabimur ipsum fecisse? Vacat-ne dominus Ihesus ociosus tanto tempore ut nil faceret dignum scriptura et recitacione? Si enim fecisset, cur sicut reliqua facta sua scriptum non fuisset? Omnino stupor videtur. Forte ideo scriptura tacet ne acta minorum minus se publicet. Sed attende hic bene, quia patenter potes videre quod nichil faciendo fecit magnifica. Nichil enim de factis eius a misterio vacat. Sed sicut virtuose loquebatur et operabatur, sic

Quid fecit dns ihs ab anno xii ad principium anni xxx. xvii capitulum